



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi  
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

73 Sacerdos maxima cum attentione, & diligentia Missam celebrare debet.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

68 Sexto, <sup>†</sup> Missam celebraturus debet vestibus sacris, quibus tempore ordinacionis fuit consecratus, paratus esse, videlicet, amictu, alba, cingulo, manipulo, stola, & calula, & contrafaciens excommunicatio- ni subiacet, cap. ecclesia, 23. dist. Sed primò est admonendum, ut ibi Archid. & inde ab tempus arbitrio iudicis suspendendus, Diaz. pract. crim. cap. 38. alias 33. in fin. Si

autem non ex contemptu, aut prava con- suetudine, sed semel, oblivionis causa, sine stola, aut manipulo quis celebraret, pura- rem ipsum verbaliter tantum monendum,

& corripiendum, cum memoria sit labilis:

69 & tunc non peccat mortaliter <sup>†</sup> argumen- to horarum, quas non recitans peccat mortaliter, & tamen, si per oblivionem,

venialiter tantum, ut trad. Navarr. post ali- os per ipsum citatos de orat. & hor. can. c.

10. nu. 48. Quid autem, si in Regno An- glie, & alijs provinciis in quibus sacerdo- tes, & Christi fideles ab hereticis perse-

70 cutionem patiuntur; aded quod Missæ <sup>†</sup> 73

in publico celebrare non possunt, sed la- tenter in locis remotis, ut tempore primiti- væ Ecclesiæ, quam plures, qui propterea

palmam martyrij sunt consecuti in cryptis, & subterraneis locis celebrabant, celebra-

ti contingat? tali casu celebrans sine para- mentis altaris nullam pœnam incurrit, c.

concedimus, de consecr. dist. 1. Graff. desis.

aur. c. 42. nu. 8. par. 1. lib. 2.

71 Nul us <sup>†</sup> enim sacerdos Missarum so- lemnia debet celebrare, nisi duobus præ-

sentibus, quia cum pluraliter ab eo dicatur Dominus vobiscum, & in secretis: orate pro me fratres, &c. apertissimè convenit, ut

plures respondeant salutationi. cap. hoc

quoque, de consecr. 1. dist. 1. Sedi minister

repræsentat universum populum. Tam-

in urgente necessitate, si magnum esset fe- stum, & celebrans alium sacerdotem celebrantem audire non posset, solus in eterno absque ministro posset celebrare. Ant. de Buit. cap. 2. num. 11. de vit. & ho- nest. cleric. præsertim cum dispensatione, ut tenet. Sot. distinc. 13. quest. 10. art. 5. col. 10. relat. per Graff in decif. aur. c. 43. n. 3. dict. lib. 2.

72 Septimo, <sup>†</sup> in privatis locis Missas cele- brare, aut sacrificia offerre non licet, nisi urgente necessitate, c. sicut, c. Missarum, cap. hic ergo, de consecr. distinc. 1. & conc. Trid. de obser. & evit. in celebr. Miss. §. neminem præterea, c. 22. Et contrafaciens sine Epis- copi consensu est deponendus, c. clericos, eadem distinc. 1. Quia satius est Missam non cantare, aut non audire, quam in locis, ubi ministrare non oportet, nisi pro summa necessitate contingat celebrare. Deut. c. 12. circ. med. vers. cave ne offeras, & d. c. sicut, ead. dist. 1.

73 Octavo, <sup>†</sup> sacerdos debet maxima cum attensione, & diligentia Missam celebrare, quia maledictus homo, qui facit opus Dei negligenter, conc. Trid. de obser. & evit. c. 22. Et si ob ebrietatem, vel voracita- tem, Eucharistiam vomeret, septuaginta diebus debet pœnitere, c. si quis per ebrie- tam, de consecrati, p. 2.

74 <sup>†</sup> Si verò per negligentiam aliquid de languine caderet in terram, lingua lambi, & tabula radi debet: si non fuerit tabula, ne conculcerit, locus corradi, & igne con- sumi, c. nisique in altari condi, & sacerdos quadraginta diebus pœnitere debet, c. si per negligentiam, ead. distinc. Sed hodie, ultra pœnitentiam salutarem, arbitrio ordina- ri corrigi, & puniri potest, conc. Trident. in d. decr. de obser. & evit. in fin.

Nonò,